

tom. 4. de Christo figurato. c. 16. §. 6. ait. Quod Christus Dominus omittit misericordiam sepulturae, ipsa enim benedicta fuit a Patre suo David, in virtutibus Iabentibus Sepelientibus Saul. Dixit eis: Benedicti vos Domino, qui fecistis misericordiam hanc, cum Domino vestro Saul, & sepelissetis eum.

1. Reg. 2.

133.

Quaestio tamen est cur cum Dominus tribunal iudicis ascendit, solum facit mentionem de frusto panis pauperi exhibito. Cur non commemorat regnorum contemptus, Patriarcharum facinora, Martyrum trophaea, Virginum calcatas voluptates, cur his praetermissis pauperuli panis sic Domino arridet.

134.

Chrysol.

Primò. Respondet D. Chrysol. ferm. 14. Postquam eleganter ponderat; quod Noë seruaui mundum, quod Abrahamus fide promeruit fieri patrem multarum gentium, quod Moyses legem tulit, quod Petrus crucem resupinus ascendit, haec omnia Deus tacet, & solum clamat, quae comedit pauper. Tunc sic subdit Chrysol. In celo prima est esurientis amona, prima stipendia pauperis tractantur in celo, erogatio pauperis prima diuinis scribitur in diuinis. Et si praclarissima sint Noë, Abrahami, Moyses, ac Petri facinora, tamen haec omnia quasi videntur à Diuino Iudice praetermitti; dum de pauperum cibo agito; prima enim, quae in diuino tribunali tractantur sunt pauperum negotia, si pauper est charus Deo, vt eius causa sit prima, quae in diuino iudicio agitur.

Prima negotia optimi gubernatoris pauperum causa.

135.

Palchaf.

Secundò. D. Palchaf. lib. 9. in Marth. Rectum fuit, ait, vt in his amplius laudarentur Domino seruasse, in quibus adhuc quasi in saeculo obnoxio tenebantur. Aliis virtutum laudibus veluti silentio praetermissis eleemosynarum largitor celebrandus ab integerrimo iudice assumitur; eleemosynarius homo temporalia bona, quae aliis ministrant laqueos ad perditionem, fecit inferuire ad caelestia obtinenda; & quis mirifice non laudet hominis prudentiam, ac astutiam, qui de catenis, quibus alij obscuro carceri astringuntur, sibi fabricauerit machinas, vnde libertatem, victoriam, ac triumphum sibi comparauerit.

Magna gloria hominis, quod de laqueo perditionis sibi faciat ascensum in caelum.

136.

Chrysol.

Tertiò. D. Chrysol. homil. 5. de Penitentia. Mirabile hoc vide, ait, nullum aliud virtutis opus in medium adduxit. Poterat enim dicere. Venite ad me benedicti, quod casti, quod virgines vixistis, quod angelicam suscepistis conuersationem. Sed tacet haec, non quod memoria sint indigna, sed quod à clementia sint secunda. Ac si dicat, inter praclarissima virtutum opera, v.g. Virginitatis, ac Angelicae conuersationis, quibus beatitudo comparatur, primas partes eleemosynarum largitio sibi tenet, ac occupat, & ipsa facit, vt aliae virtutes valeant proficere, ac fructificare ad gloriam. Vnde ait idem D. Chrysol. homil. 22. In Ioan. Impossibile enim, impossibile inquam est, etsi innumera faciamus bona sine eleemosyna caelestis regni velle vestibulum quidem attingere.

Eleemosyna primum opus Deo placens.

137.

Osee 10.

Ait Deus per Osee 10. n. 12. Seminate vobis in iustitia, & metite in ore misericordiae; hoc est seminate vobis opera iustitiae, ac virtutum, metite vero interuentu misericordiae; nonne ex ipsis virtutum operibus iactis veluti seminibus potest homo colligere prouentum, quid est ergo, quod mandat seminare in iustitia, metere vero cum misericordia; vt nempe ex ipsis virtutum operibus

Ex eleemosyna faciantur aliae virtutes opera.

feminatis fructum sumas, necessarium est eleemosynarum auxilio, quae illis instar pluuiarum sint, non secus, ac ad frugum sementem opportuna irrigatio, siue pluuiarum praerquiritur, vt in fructus prorumpant, sic & ad alias virtutes eleemosynarum opera exoptantur. D. Chrysol. ferm. 5. Homo offer, ait, Deo animam tuam; & offer oblationem ieiunij, vt sit pura hostia, sacrificium sanctum, viuens victima, quae & tibi maneat: & data sit Deo, sed accepta, vt sint ista, misericordia subsequatur: ieiunium non germinat; si de misericordia non rigetur, siccatur ieiunium misericordia siccitate, quod imber terris, hoc ieiunium misericordia est; quamuis cor excolat, carnem mander, eradice vitia, virtutes serat, si misericordiae fluenta non dederit, fructum non colligit ieiunator. Vide multa verb. Eleemosyna in Indice hoc tomo 1. 2. ac 3.

Chrysol.

Matth. 25. Tunc respondebunt ei iusti, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, & dedimus tibi potum.

num. 37.

Quando autem te vidimus hospitem, & collegimus te: aut nudum, & cooperuimus te.

Num. 38.

Aut quando te vidimus infirmum: aut in carcere, & venimus ad te?

Num. 39.

Et respondens rex dicit illis. Amen dico vobis, quando fecistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.

Num. 40.

VERSIONES.

Syrac. n. 40. Amen dico vobis quotiescumque fecistis vni ex his fratribus meis paruulis, mihi ipsi fecistis.

D. Leo. ferm. de Iudicio. Amen amen dico vobis.

D. Augustin. Quando dedistis vni ex his fratribus.

Vatablus. Quatenus fecistis vni de his fratribus.

EXPOSITIO VI.

VNC respondebunt iusti, tam versiones, quam expositiones, quae spectant ad hos tres primos versus, scilicet, 37. 38. 39. ex superiori expositione petendae sunt. Solum tamen notandum est quod voce illa. Quando, denotatur profunda humilitas, admiratio, ac exultatio sanctorum, cum audeant sua exigua, ac parua opera in tantum à Christo aestimari, vt sibi esse facta dicat.

138.

Respondens Rex. Animo, ac menti iustorum. Amen dico vobis. Seu vt habet D. Leo. Amen. Formam iuramenti ac affirmationis ponit Dominus, vt ostendatur, quod quanto minoris iusti faciunt sua opera, eo maioris aestimationis sunt apud Dominum. Quando, hoc est ex Graeco, Quatenus, eo ipso. Rupert. explicat per temporis diuturnitatem

139. Leo.

Rupert.

diuturnitatem, sic ait: Scitote ergo, & sicut iudicem iustum decebit dicit; quando fecistis, appendendo videlicet, non solum quid factum, sed etiam quando factum sit. Non solum opus pendit Christus, sed etiam operis diuturnitatem, plus enim mercedis accipiet, qui diutius ministravit.

140.

Origenes.

Vni. Si vni, multò magis, quam pluribus. Ex his fratribus meis: minimis, minimos appellat, qui humilitatem, ac paupertatem sunt amplexati. Origenes homil. 40. in Matth. Quia apud seiplos minimi erant: volentes enim apud Deum fieri magni, seiplos minimos faciebant. Et quia in oculis suis erant minimi, ideo eos vocat fratres. Vt ponderat Chrysol. homil. 80. Quid ais? inquit, si fratres tui sunt, quomodo minimos appellas? Imò vero ideo fratres, quia humiles, quia pauperes, & abiecti, hos enim maxime ad fraternitatem conuocat suam, quia ignoti, & despicabiles sunt. Quia minimi, quia abiecti, ideo eos fratres dicit, ideoque eos ad fraternitatem vocat. Vt agnoscas ex minimorum humilitate diuinum genus clarescere. Vnde perbellè ait D. August. Appende istos minimos, & graue pondus inuenies.

Chrysol. Ex minimorum humilitate exurgit diuinum genus.

August.

141.

Ex his fratribus meis. Maximè hic ponderandum est tempus, quo eos vocat fratres, quando nempe ipse in multa gloria, & maiestate sese ostendat. Rectè Chrysol. in Imperfecto hom. 50. Homo, ait, si ex humili generatur, & Deo praestante, ascenderit ad aliquam dignitatem; erubescit generationem suam audire. Et Christus adhuc gloriabatur fratres suos dicendo, sedens in maiestate, quia veniens in iudicio gloria non mutauit voluntatem priorem. Christus Dominus in tanta gloria, ac maiestate, quos minimos dicit fratres vocat, & eo tempore, quo multi alij damnantur, ex quo maximè eorum gloria clarescit, vt ponderat D. Ephrem de Agone spirituali: Quis porro dignus, quis ita felix, ait, in illa erit hora quando cuncti exhorrescent, ac contremiscent Angeli, & homines: vt tunc nominari mereatur frater Christi? Quam multis tibi istud thesauris erit potius? Quam multis opibus, quam multis coronis vox illa excellior, atque praestantior.

Christus in maiestate non designatur fratres vocare. Ephrem.

QUESTIO XX.

Quare electi sic proprias virtutes ignorant, vt dicant: Quando te vidimus esurientem, aut sitientem?

142.

Difficultas questionis.

PROPRIA conscientia dabat testimonium de his operibus à se editis, & hoc etiam ab ore Christi audiunt se nempe has virtutes operatos fuisse, & tamen quasi, ac si ambigant, interrogant, quando eas operati sint. Domine quando te vidimus esurientem, & pauimus te: sitientem, &c.

143.

Chrysol. Eadem virtus perseuerat post mortem.

Respondet D. Chrysol. homil. 54. in Matth. O humilitas, ait, iustorum, quae nec post mortem deficiet: Homo enim malus, etiam falsis laudibus delectatur: Vir autem bonus etiam debitam sibi laudem fugit. Ecce si per errorem persona veniens aliquis pro altero, alteri vano homini gratias ager pro beneficio quodam; quamuis in conscientia sua cognoscat se nihil tale fecisse, tamen tacet, & congaudet, audiens quae non sunt sua. Si vero bono alicui gratias agit, quamuis bonus ille intelligat, verum esse, quod de se dicitur; tamen refugit, & repellit audire etiam ea, quae sibi debentur. Pondera primò: O humilitas iustorum, quae nec post mortem deficiet. Humilitas, quam iusti Sylueira. in Euang. Tom. IV.

in hac vita habuerunt, etiam post mortem in Resurrectione in illis resplendet. Secundò, tam fixa, ac radicata est in eorum mente humilitas, vt etiam testimonio suae conscientiae, ac assertione supremi Regis, adhuc tamen ipsa mens refugit, impatiens suarum laudum quodammodo ambiens interrogat, Quando te vidimus. Origenes homil. 34. in Matth. ad praedicta verba, sic ait: Humilitatis causa laude benefactorum suorum indignos se proclamantes. Humilitas semper illustra sua facta ignorat.

Nullo testimonio humilitas se persuadet de sua virtute.

Origenes.

144. Beda.

Tertiò. Beda: Sicut, ait, quid paruum eis videtur omne bonum quod fecerunt, pra abundantia retributionis. Dicunt iusti: Quando te vidimus, &c. Non diffidunt de Domini virtute, sed de sua probitate: dum stupent de tanta virtutis sublimitate, ac tantae mercedis amplitudine, quae eis retribuitur pro suo opere, quod valde exiguum, & leue eis videtur.

145.

Hic tamen maximè est expendendus diuersus modus loquendi iustorum, ac reproborum. Nam cum Dominus ait suis electis: Esurui, & dedistis mihi manducare, &c. Iusti respondent: Domine quando te vidimus esurientem, & pauimus te, &c. Cum omnia praeccepta charitatis ab eis fuissent adimpleta, sic tamen rem iudicant, ac si nihil praestitissent. E contra vero cum Dominus reprobis dixisset: Esurui, & non dedistis mihi manducare. Tunc confidenter ipsi respondent: Domine quando te vidimus esurientem, aut sitientem, &c. & non ministravimus tibi. Ac si dicant, quoties te vidimus in tuis membris habere necessitatem, largiter tibi omnia ministravimus, cum nihil praestitissent, omnia à se esse exhibita asseueranter affirmant. Iusti omnia sua tanquam nihilum appendunt; iniqui vero suum nihil veluti omnia reputant.

Iusti omnia sua, vt nihil inquit suum nihil, vt omnia appendunt.

146. Apocal. 3.

Episcopo Philadelphiae ait Deus: Modicum habes virtutem, & seruasti verbum meum, & non negasti nomen meum, Apocal. 3. n. 8. Obseruare Dei verbum, eiusque legem, ac simul Christi fidem tenere valde magnum. Quomodo ergo dicitur huiusmodi Episcopo, quod habet modicum virtutem, cum tamen Dei legem seruet, eiusque nominis fidem teneat. Glossa in Morali: Modicum virtutem secundum opinionem tuam, aliam nunquam. Cum esset iustus suam magnam virtutem, qua totam Dei legem adimplebat, eiusque fidem profitebatur, in modico, ac paruo appendebat. Modicum virtutem secundum opinionem tuam.

Glossa.

147. Apocal. 3.

Episcopo Laodicae dicitur: Dicis, quod dives sum, & locupletatus, & nullus ego: & nescis, quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & caecus, & nudus, Apocal. 3. num. 17. Ecce ille Episcopus qui erat nudus, pauper, caecus, miser, & miserabilis gratia, ac virtutum, tamen suam paupertatem, & nuditatem, ac miseriam in locupletem omnium rerum abundantiam appendebat, ita vt diceret: Nullius ego, qui ab omnibus erat denudatus, sic exultabat iudicio suo, ac si omnibus impinguitus extitisset. Vide supra cap. 30. n. 40. 41. 42.

Nihil vt magnum iniquum appendit.

QUESTIO XXI.

Quare misericordiae opera, non pauperi, sed sibi data Christus affirmat?

Opera charitatis commendanda sufficiens erat, vt Dominus diceret elargitum fuisse pauperi.

148.

Ratio diffi- cultatis.

149. Chrysol.

Commen- dantur nobis pauperes.

Cyprian.

150.

Christus se transfundit in pauperem.

151.

Paschal. Intima unio inter Christum & pauperem.

152.

Chrysol.

In regali throno gloriatur Christus de pauperate.

153.

Origen.

Christus verus princeps cum pauperibus esurire sinit, & nudus est.

Salvian.

pauperi, cur ergo paupere prætermisso sibi datum affinitur, ad quod magis confirmandum in toto emblemate se introduxit esurientem, ac sitientem. Esurini, & dedistis mihi manducare, &c.

Respondet primò D. Chrysol. serm. 14. Quod se Deus, ait, amore pauperis sic deponat, ut non adsit pauperi, sed ipse sit pauper? Sed quomodo aut in se transfuderit pauperem, aut se in pauperem fuderit, dicat ipse unum nobis: Esurivi, inquit, & dedistis mihi manducare. Non dixit: Esurivi pauper, & dedistis illi manducare: sed esurivi ego, & dedistis mihi manducare. Sibi datum clamat, quod pauper accepit: quod bibit pauper sibi restatur infusum. O eximia charitatis commendatio in pauperes, nec cogit homo, quod det pauperi, sed quod Deo dat; ut rectè ait D. Cyprianus tract. de Eleemolyna: Quid, ait, potuit nobis manus Christi dicere? Quomodo potuit magis iustitia, ac misericordia nostra operam prouocare, quam quod prestari id dixit sibi, quicquid egenti prestatur, & pauperi.

Secundò. In citatis verbis Chrysol. Christum in se transfudit pauperem, aut se in pauperem fudit. Hæc transfusio est velut metamorphosis arcana. Non dixit Christus, quod adsit pauperi, sed quod ipse sit pauper. Non ait, esurivi pauper, sed ego ipse esurivi. Non tantum pauperem, sed & pauperis passiones Christus suscipit. O amplissima, & altissima paupertas, quæ hominem supra humanum erigit fastigium, sicque Christo reddit affinem, ut Christus ipse, in se transfuderit pauperem, aut se in pauperem fuderit.

Ex quo colligitur, quam mira vnitas sit, quam Christus habet cum paupere, eam exemplo intimæ vnionis animæ corpus informantis, explicat D. Paschal. lib. ... Mira, ait, Domini Iesu Christi vnitas prædicatur cum suo corpore; sicut anima in corpore humano comparatur ei, quamuis non esuriat, quantum ad suam spectat naturam, esurit tamen corporis cibum in eo, quod copulata est corpori suo, & pascitur: sic Christus esurit, & pascitur in corpore suo. Tam magna, & insignis est vnio, quam Christus habet cum suis pauperibus, ut eam explicet Paschal. per illam, quam anima informans habet cum corpore.

Tertiò. Idem Chrysol. citat. serm. sic pergit: Gloriatur, ait, in celo Deus, vnde pauper erubescit in terra, & hoc reputat in honorem sibi, quod pauperi computatur. O quid agit amor pauperis. In throno, ac amplissima maiestate apparet Dominus, & tamen in tam magnifica gloria constitutus, & super nubes eleuatus, non erubescit pauperem, ac esurientem prædicare, imò id sibi pro magna gloria æstimat, in quo se maximè pauperum amatorem exhibet, & declarat, cum in tanta sublimitate eorum personam gerat, & induat, imò adeo gloriosa est paupertas, ut de ipsa gloriatur in cælis Deus. Gloriatur in celo Deus, vnde pauper erubescit in terra.

Quartò. Origen. homil. 34. in Matth. ad illud: In carcere eram, & venistis ad me. Sic ait: In carcere membro Christi constituto, ipse non est solutus à carcere. O verè omnium prælatorum, ac præfeclorum emolumentum, princeps cum vnus sit cogitur subire infinita suorum subditorum onera, ut cum paupere famescere esuriat, & sitiat, cum nudo sine veste incedat, cum vinculis detento carcerem ingrediatur, à suorumque calamitate, oppressione, ac frigore non sit expers, sed eandem cum illis sustineat miseriam, vexationem. Salvian. lib. 4. ad Ecclesiam, de Christo Domino sic loqui-

tur: Nullus seruatorum suorum exulat, nullus frigore ac nuditate torquetur, cum quo ille non algeat.

Famescente toto Israël, in tantam egestatem prolapsus est Elias, ut humanis omninò destitutus subsidiis, miraculo alendus fuerit, siue cum panem, & carnem deferunt corui, siue quando hydra farina, & lecythus olei perdurat supra naturæ vsu. 3. Reg. 17. n. 13. Et in vtroque euentu Propheta cum parcimoniatus tentatur, & aliquando magna fame premitur, & ideo præ illius vehementia postulat à vidua, ut ei prius panem exhiberet, & postea sibi, & filio suo faceret. 3. Reg. 17. n. 13. Cur ergo tantus Propheta communi fame totius populi sic vexatur, cum non solum esset ipse immunis à populi idololatria, sed etiam diuini honoris feruidus zelator. Erat ipse velut pater, ac pastor totius Israël, ideo currus Israël, & auriga eius vocatus est ab Eliseo, 4. Reg. 2. n. 12. Si emissa fame in subditos, ipse ab omni iniuria liber, bonis affluens securus augeter, Tyrannus porius, quam Pastor arbitrareretur, ut ergo se Patrem, & aurigam Israël declaret, miseriarum partem non recusat. & eam sustinere vult, quæ alios pati cogit ipse. Patrocinator D. Chrysol. serm. de Elia tom. 1. Et quid facit? ait, Prophetam vniam cum populo punit, ut dum etiam ipse famis supplicio comprehenditur, aliquid misericordie in relaxando sententiæ suæ iuramento addiscat.

Matth. 25. Tunc dicit & his, qui à sinistris erunt. Discedit ad me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius.

VERSIONES.

Syracus. Dicit & his, qui erunt à sinistra sua: abite à me maledicti in ignem illorum æternum, qui paratus est criminatori (Diabolo) & Angelis eius.

D. Cyprian. Quem præparauit Pater meus.

Franc. Luc. Qui paratus fuerat.

Arabicus. Qui paratus est Diabolo, & exercitibus eius.

EXPOSITIO VII.

VNC. Prolata sententia pro electis; dicit; ipse Rex nempe iratus, quod ponitur ad exprimendum iudicij rigorem, ac formidabilem sententiam, quæ in reprobos retorquetur. Clementer Dominus de hac sententia nos monet, ut illam fugiamus D. August. serm. 38. de Sanct. Si nos Deus noster, ait, vellet punire, nos non ante secula commoueret, inuitus quodammodo vindicet, qui quomodo euadere possimus, multò ante demonstrat. Non enim te vult percutere, qui tibi clamat, observa. Prosequitur textus: Qui à sinistris erunt. Deorsum in terra, quos supra hædos vocauerat, expende quod supra, cum de dextera est sermo, in qua sunt prædestinati, dicitur sua, Qui à dextris eius erunt. At verò cum de sinistra, quæ est reprobos locus, non expri-

145.

3. Reg. 17.

4. Reg. 2.

Princeps patriceps fiat suorum misericordia.

Chrysol.

155.

August. Admonet quia non vult punire.

Multa maledictiones aduersus reprobos.

156.

Non patitur Deus peccatores iuxta se.

Chrysol.

157.

Deus auctor benedictionis, homo verò maledictionis. Origen.

Græcus.

mitur sua, sed tantum, qui à sinistris erunt. Dextera, qua beatificat, expressè declaratur sua, non sic verò sinistra, qua punit, de glorificatione gloriatur, de punitione verò quodammodo erubescit; & dicitur, A sinistris. Non à sinistra, sed à sinistris, in plurali; Nam sinistra hic denotat maledictionem reprobos, erga enim ipsos multæ erunt sinistra, multæque in eos coniciuntur maledictiones, sicut & in prædestinatos quamplurimæ benedictiones.

Discedit ad me. Abite, ac recedite à me conspectu, in quem iudicij causa adducti estis. Vox hæc, Discedit, significat penam damni, quæ est priuatio diuinæ visionis, ac cælestis gloriæ in æternum. Vox verò ignem, denotat penam sensus, concremationem gehennalis ignis, quo corpora damnatorum in æternum torquebuntur. Et ait, A me: non solum dicit, Discedit, sed addidit reiectionis verba. Cum iustus vocat; solum dicit: Venite benedicti Patris mei. Non appositum ad me, ut magis suum beneuolum animum in illos explicaret, cum enim Patris sui benedicti dicerentur, ibi summa beneuolentia erga eos exprimebatur; At verò cum impios à se repellit, non vno verbo repulsæ contentus est, discedit, sed voces ipsas multiplicat, & ingeminat, ut aperte manifestetur, quæ summè grauat Deus, quantæque sui violentia patiatur, dum impios iuxta se habet etiam breuissimo tempore, atque instanti illo, quo damnationis sententia profertur, ut acutè notauit D. Chrysol. homil. 54. in Matth. Peccatrices animas, ait, quasi grauius non suffert. Tanquam si dicat eis quasi puredo, & spurcitiu estis, nec tandem vos sustineo, quando in iudicio meo.

Maledicti. Maledictos vocat ut odiosos, & execratos Deo Patri, & sibi, quibus Deus Pater, quæsi hostibus suis maledicit, id est, malefacit, ut omnia suppliciorum, ac malorum genera in eos intorqueat. Maledicti. Et non addidit, Patris mei; sed supra in electis dictum est: Venite benedicti Patris mei. Quia Deus Pater auctor est benedictionis, non verò maledictionis, vnusquisque suis peccatis sibi negociatur. Origenes homil. 9. in Diuersos: Considerandum est, ait, quoniam Sanctis non solum dictum est benedicti, sed cum ad iudicium Patris mei. E contra autem non dicitur maledicti Patris mei. Nam benedictionis quidem ministrator est; maledictionis autem vnusquisque sibi est auctor, qui maledictione digna operatus est. Exprimitur locus, in quem mandantur in ignem. Ergo in inferno verus est ignis. Aeternum, sine earentem; qui paratus est, ex Græco, paratus fuit, à Patre meo scilicet. Diabolo, Luciferò nempe principi, ac capiti omnium damnatorum. Et Angelis suis. Arabicus: Exercitibus suis. Dæmonibus inferioribus, qui superbè contra Deum rebellauerunt.

QVÆSTIO XXII.

Explicatur quàm horrenda, ac terrificata vox illa erit: Ite maledicti.

158.

Acerbius dollet qui in aliorum conspectu puniuntur.

SENTENTIA hæc: Ite maledicti. Profertur pleno omnium hominum theatro: Congregabuntur ante eum omnes Gentes. Supra num. 41. Et cur collecto hominum senatu iudex fert sententiam, nisi ut grauius pungat malos homines pudore incausso, dum se vident in omnium præ-

sentia damnari, & reprobari. Ut ponderauit D. Bernard. serm. 8. in Plal. 90. Hoc plane illis graue tormentum, & magnus malorum cruciatus erit, forsitan enim quodcumq; solatium videretur, eorum, quos malitiosè impugnaverunt in tormentis suis saltem declinare posse conspectus. Hoc solatio carebunt impij, hæcque ingenti pœna afficiuntur, ut in aliorum conspectu damnentur.

Congregato ergo omnium hominum cœtu horrenda vox iudicis insonabit: Ite maledicti. O quam timoris, ac tremoris vox hæc plena est, cum etiam insensibilia, ac elementa hac voce audita contremiscent, ac ingenti timore concutientur tanquam eam sustinere non valentes. Ait Ioël. 3. n. 15. Sol, & Luna obtenebrati sunt, & Stella retraxerunt splendorem suum. Et Dominus de Sion rugiet, & de Ierusalem dabit vocem suam, & mouebuntur cæli, & terra. Ecce præclarissima mundi luminaria Sol, Luna, Stellæ obtenebrantur, fixi cælorum poli mouebuntur, & terra immota à loco suo veluti concutietur, & vnde tanta rerum perturbatio, ac alteratio: Dominus de Sion rugiet, & de Ierusalem dabit vocem suam. Cum nempe vox Domini damnantis reprobos insonuerit, & vox tam horribilis erit, ut vox ferocis Leonis, cuius est proprium rugitus, de Sion, id est, specula, de Ierusalem, id est, visio, cum enim Dominus speculatus fuerit etiam minima peccata reprobos, contra eos tanquam Leo dabit horribilem rugitum. Ite maledicti. Ex huius Leonis rugitu omnia mundi insensibilia magna alteratione, ac ingenti tremore concutientur, ac conturbabuntur; Quid faciet miser homo, qui tali sententia premendus, ac torquendus est? Ut ponderat D. Zeno serm. 4. de Isai. Hinc, ait, æstimare licet, quid sit eis reseruatum, quorum in causa fuerit luctus pœne perulit natura supplicium.

Cum Iesus pertransiret per regionem Gerasetorum occurrunt ei demoniaci spiritus clamantes: Quid nobis, & tibi, Iesu Fily Dei? Venistis huc ante tempus torquere nos, Matth. 8. n. 29. Cur sic expaueat à Christi præsentia, & quid tibi videtur, quod tam vehementer eos torqueat Dominus? Iudicis tribunal non ascenderit, suis Angelicis exercitibus non se exhibebat stipitatum, in eiusque manu nullum verber apparebat, sed tantum in forma, ac habitu humili, miti, & benigno incedebat Dominus; vnde ergo illis erat tantus timor, tantumque tormentum, ut alta voce clamarent: Venisti ante tempus torquere nos. Timebant vocem Domini mittentis eos in abyssum, ut in eadem historia scribit D. Luc. 8. n. 31. Et rugabant illum, ne imperaret illis, ut in abyssum irent. Timebant minacem vocem iudicis mittentis eos in abyssum, & inde erat illis magnus timor, & cruciatus. Quod meditat D. Basil. Seleuc. Orat. 23. Nondum, ait, eos in iudicium traheret: nondum tribunalis terrorem ostentabat: nondum iudicij flammam accendebat: sed minis tantum effrenes impetus refrenabat, & mali tanta vis erat. Nondum vocem Domini imperantis excipiebant, sed solum erat timor, ac cogitatio de ipso sonitu vocis venturo, & hoc miseris affligebat; & erat illis magnum tormentum; qualisnam erit cruciatus infelicibus damnatis, cum ipsa voce non ut ventura, sed ut actualiter probata verberabuntur. Ite maledicti.

Terribilis est vox Domini iudicis damnantis; ipsamet Dei hominis caro exhortuit, ac turbatur cum proditoris damnatio Christi Domini voce fuit manifestanda, scribit Ioannes 13. n. 21. Cum-

FFF 2 hæc

Bernard.

159.

Ioël. 3. A voce gemitus damnatis conturbatur omnia elementa.

Zeno.

160.

Matth. 8.

Luc. 8. Timor de voce iudicis damnantis magnum tormentum.

161.

Ioan. 13.